cecidit q̄ holocaustū lignaqȝ ⁊ lapides deuorauit·puluerēqȝ et aquā lambuit·Mox vero ꝓphetas baal qui ignē de celo impetrare nequiuerāt app̄hendit·et eos ad torrentē cison viriliter interfecit Sic vero dico moralit̄ loquēdo qn̄ helias·i·aīʔ vult bouē suū·i·suā carnalē vitā dn̄o ymolare et ignē diuini amoris et supne beniuolēcie desursū a prē luminū impetrare plura sūt sibi necessaria: qꝛ ꝓ certo ipse dȝ de xij·lapidibꝯ·i·de xij·articulis fidei altare sue ɔsciēcie ɔstruere ⁊ duplicē aqueductū·i· duplicem lacrimosam ɔpūctionē· vnā scȝ que fiat amore ⁊ aliā que fiat timore dȝ fabricare Ps̄ Ascensiones in corde suo disposuit ī valle lacrimarū· Debet ligna idest sanctoꝝ patrū exempla apponē et bouē sue carnalis vite debȝ cōfitendo ꝑ menbra diuidē ⁊ iūgē memoriā in altari cordis et ɔsciencie ordinare Leuitici p̄mo De tracta pelle hostie artus in frusta ɔ̄cidēt et subijcient in altari ignem strue lignoꝝ an̄ ɔposita et menbra que cesa sūt desup ordinantes Tūc vero debet homo quatuor ydrias aque·i·quatuor lacrimarū gn̄a scȝ ꝓ malis ɔmissis et ꝓ bonis omissis·et ꝓ incolatu miserie ⁊ ꝑ dilacione glorie supfundē· que scȝ tribꝯ vicibus hoc est dictu ꝓ peccato cordis debet sacrificiū spūs ɔ̄tribulati abluere·ita ꝙ ɔductū ɔ̄sciencie etiā debet humiliter implere· Johānis ij· Implete ydrias aqua Quia ꝓ certo si ista fecerit ignis diuine caritatis et beneplaciti et grē de celo idest de sursū a deo descendet·qui sacrificiū et bouem carnalis vite ɔsumet ⁊ ligna bonorū exemplorū· aquā lacrimarū et lapides fidei articuloꝝ·nec nō puluerē idest ɔ̄sideracionem mortis et futuroꝝ que in hoc sacrificio adhibita sūt cū beniuolencia recipiet et assumet· Malach·iij· Placebit deo sacrificiū iuda Etiam ignis interioris caritatis tum de celo inspiratᵘʳ et mittitᵘʳ a quo om̄es ꝑtes cordiales sacrificij ɔ̄flagrantᵘʳ Tren̄·p̄º· De celo misit ignē ī ossibꝯ meis Et tūc etiam om̄es ꝓphete baal idest male cogitaciones·p̄sumpciones et ymaginaciones et opiniones de corde sicut de terra israhel exstirpantᵘʳ· Cū helias ascendisset ad verticē carmeli et pronus in terram faciem suam inter genua posuisset·misit puerū suū vt sepcies respiceret ɔtra mare·septima vice vidit nubeculā ꝑuam quasi vestigiū hominisˢ ascendentē de mari·⁊ tūc celi obtenebrati sūt et nubes et vēti surrexerūt· et facta ē pluuia grādis valde Nubes ista cuiusˢ ascensus pluuiā misit in mūdū·xp̄m significat qui scȝ fuit nubecula ꝑ puritatē ꝑua ꝑ humilitatem·q̄i vestigiū hominis ꝑ assumptam humanitatem·ascendēs d̄ mari

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-260/0401
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG